



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 38. Ejusdem summi Pontificis responsum ad Universitatem
Salmanticensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

CXVII
erga
dinem
id est,
obier-
oneque
otatissi-
quod
enti si-
m, in-
dis Se-
cudinis
etiam
urbes,
orben
roinde,
n con-
vexent
s cog-
ante, ab
uite di-
ur. Ad
Pater,
ne suo
nctissi-
t; ut
e infi-
clesie
turca-
nomi-
rique,
te glo-
rnet.
XVIII.

§. XXXVIII.

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

Ejusdem summi Pontificis responsum ad Universitatem Salmanticensem.

Has Universitatis literas Clemens Papa summo excepit gaudio, ac confessim die duodecima Octobris ad ejusdem Professores ac Moderatores hoc dedit responsum. „Etli præclara & sane vetus, animoque nostro altius infixa opinio, quam gerimus de sincera in corruptaque universitatis Salmanticensis religione facile nobis persuaserit, rumorem adversus illam a Novatoribus, quorum os felle & amaritudine plenum est impudenter diffemina- tum quoad Apostolicam nostram Constitutionem. *Unigenitus Dei filius omnino a veritate alienum esse; nihilominus perlibenter accepimus ac legimus epistolam vestram die 19. præteriti Mensis Augusti ad nos datam, una cum illi adjectis documentis, quibus non modo calumniam vobis iustam perspicue diluitis, verum etiam universo Catholico orbi luculentiter testamat facitis egregiam vestram in iana doctrina tuenda sententiam, inconcussumque obedientiam definitiōnibus supremæ Cathedræ B. Petri, in qua idem gloriosus Apostolorum Prin-*

*Temoignage
l. c. p. 306.*

M 2

„ceps

Sæc. XVIII. „ceps vivit adhuc & præsidet, præstat
A. C. 1716. „que quærentibus fidei veritatem. Re
 „pleti itaque sumus consolatione,
 „superabundavimus gaudio, cernentes
 „vos firmiter adeo illustribus Mäjorun
 „vestrorum vestigiis ac exemplis infi
 „stere, quorum præstanti virtuti, per
 „petuoque in hanc sanctam Sedem flu
 „dio fatis constat, magna ex parte de
 „beri singularem illam & plane insignes
 „prærogativam inclytæ Hispaniæ na
 „tioni concessam, quod scilicet ipsa tu
 „sæculorum decursu ab omni hæreti
 „labe se immunem inviolatamque se
 „vaverit, adeoque splendidum & glo
 „riosum Catholicæ titulum merito
 „depta fuerit: debitis propterea laud
 „bus vos, dilecti Filii in Domino, pro
 „sequentes, paterne vos adhortamus
 „ut avita decora, nominisque vestrum
 „dignitatem constanter tueri pergatis
 „ac ab Academia vestra quam dilige
 „tissime arcere curetis profanas vocu
 „novitates, quibus iniquitatis filii ma
 „seris hisce temporibus vetustatem in
 „cessere omni ope nituntur, quasi Evar
 „gelium Christi, ut inquit Apostolus
 „convertere paulatim vellent. Id pot
 „ro de perspecta pietate, eximiaque
 „sapientia vestra nobis abunde pollici
 „plane confidimus, fore, ut exemplu
 „vestri autoritate in dies magis con
 „fici

„fundantur ac erubescant, qui supra Sæc. XVIII.
 „ipsam supremam cathedram caput at- A.C. 1716.
 „tollere procaciter audent, nec intelli-
 „gunt se Magistros effici erroris, dum
 „Christiana humilitate fieri dedian-
 „tur discipuli veritatis. „

„Omnipotens Deus dirigat vias ve-
 „stras in beneplacito suo ac omnia vo-
 „bis læta, atque secunda largiatur,
 „quibus nos paternæ nostræ charitatis
 „testem Apostolicam benedictionem
 „peramanter impertimur. „

§. XXXIX.

Salmanticensis Universitatis Epistola ad ipsam Sorbonam.

Ejusdem tenoris literas Salmanticen- *Temoignage*
 sis Universitas ad Cardinalem Byf. l.c. p. 334.
 sium Meldensem Eqiscopum, necnon
 ad Arelatensem Archiepiscopum dedit:
 acrius autem expostulabat cum ipsis
 Sorbonæ Doctoribus, ad quos sequen-
 tes direxit literas.

„Cum ad aures nostras vix con-
 „solabili Dolore, pervenerit, quod
 „non factum modo, sed nec fieri cogi-
 „tarive posse unquam, vix immotæ
 „mentis aliquis sibi persuasurus vide-
 „retur, id illustrissimæ dominationi
 „vestræ, qua par est, observantia de-
 „crevimus nuntiandum; ut cum info-
 „lentem, demirata fuerit quorumdam,

M 3

„feu